SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 185r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uallis Ruunt sepius torres alte Sed raro uel
nunquam domuncule in humili saxo fundate. Concu-
ciuntur fortiter uentis edificia eleuata Sed per-
manent illa tuta que sunt in petra collocata
Mouentur ut patet ipsa experiencia Omnia corpora mun-
di alta Sed terra omnino manet in mota cum sit in in-
fimo collocata. Sepe diuelluntur a uentis
ac feruntur contrarius alte plante et ille maxime
que in altis sunt montibus situate que nullum uen-
tum sentiunt Que sunt parua et terra humili planta-
ta sunt. Quantumcumque enim terra agitetur uentis
et feriatur ab aquis tamen omnino manet secundum se tota
immobilis. Qui ergo securus esse desiderat domum
suam ut Boecius doctrinatizat super humili saxo ponat
ubi uentis agitari non ualeat nec ulla eam pro-
cella tempestatis allidat ne in eternam penam
pyrrata crudelis adducat. Octauo humilitas
est hostilis nequicie fugitiua uel declinatiua
Et hoc habetur potest exemplo apri qui quamuis sit
valde crudelis et seuus et trucibus dentibus sit
armatus hominis tamen iacentis super terram nihil
uber modicum est lesiuus cum eo fortiter laceretur
erectus. Item leo ut dicitur prostratum hominem nix
occidit sed pocius ei parcit. Item mitigatur plurimum
ita canis sedentem si hominem inuenit quem inua-
dit. Nono humilitas est sui subiectio eleuatiua siue
exaltatiua et uelut in celum sublimatiua et ibi
tanto amplius quanto hic iusta humilis. Omne enim
quod mouetur mouetur ab uno oppositorum in al-
terum Vnde qui mouetur a sursum mouetur de-
orsum Et qui mouetur deorsum mouetur sur-
sum et tanto amplius quanto magis ab inferius
quia quanto magis aqua in suo motu ex una parte ab
alto descendit tanto in parte altera sursum ten-
dit Et sicut quanto quis ab altiori loco cadit tan-
to profundius ymaginatur Sic quanto ab humili loco